



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 31. Quomodo mortificanda sit cupiditas contendendi & rixandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

DE MORTIF. VOLVNT. 535

fas non est: idque declarant Scholæ S. Tho. 2. 2.
Theologi verum esse, quando verbis q. 89. a. 7. ob
secundum vsum loquendi hominum ib. Caiet.
duplex subest intelligentia, iustaque & Soto. l. 8. de
gravis causa suppetit, cur alio sensu e
nantientur, quam forrè ab auditori
bus accipienda sint. At si nulla suppe
tar, hoc est si nullum incommodum
in nos vel alios ex responso nostro re
dundet, non est causa, cur amphibolo
gia illa sincerè rogantem eludamus.

imò pugnat cum puritate & simplici
tate non solum religiosa, sed etiam
Christiana, & est nota hominum fi
dorum & duplicium; impeditque nō
rarò, æquè ac vsus mendaciunculo
rum, fidem & cōcordiam hominum.

Lansberg
hom. 12.
de passio

Quis enim fidem præstet etiam serua
asserueranti, à quo ambiguus crebrò ser
monibus circumuentus est? vnde di
uina scriptura de talibus dicit.

Ecol. 30.

Qui sophisticè loquitur, odibi
lis est, nempe à Deo, angelis,
& hominibus.

CAPVT XXXI.

Quomodo mortificanda sit cupiditas et
cedendi & rixandi.

ALIA

ALIA inordinatio lingue, quam boni labi solent, cum ingenti animæ suæ damno, est, contendere cum alijs, sitne verum hoc vel illud? fuerit id factum necne? debuerit hoc fieri vel contrarium: & de alijs id genus. Radix huius vitij in quibusdam est nimia honoris humani cupiditas, & hinc fit, vt dum sapientiz famam in suis dictis vel factis cupantur, pro ea tuenda etiam subdito clamore pertinaciter contendunt. In alijs verò radix est nimium desiderium cõgerendarum opum, aliarumque facultatum temporalium: inde fit, ne iacturam aliquam earum faciant, vt lites cum alijs inire non timeant, & omnia commoueat tribulationalia. Alijs etiam hoc vitium inest, et naturali quada[m] procliuitate, sed deterrima omnibus contradicendi, aliorumque dicta vel facta carpendi, unde mox, dum alius moleste fert temerariam censuram, succedit lis & bellum.

Hoc vitium seruo Dei omni studio mortificandum & radicitus exscindendum est. Et quamuis de eo aliqui dixerunt

DE MORTIF. VOLUNT. 327

dixerimus in Tractatu de mortificatione propriæ voluntatis, eò quod ad caritatem concordiamque animorum inter proximos cõservãdam hoc argumentum prorsus sit necessarium, tamen nonnulla hiç adiungemus. Quando contentio orta est, non in disputationibus scholasticis, quæ ad litterariam exercitationem pertinent, sed in congressibus quotidianis & familiaribus, idque non de re clara & evidenti, sed ancipiti; varijsque hominũ opinionibus ventilata, tunc homo, etiam si suam verissimam existimet sententiam, non tamen asseueranter eam vel pertinaciter tueatur contra aduersarios, sed quiescat, cogitetque se quod falli posse, sicut multi sapientes ante ipsum in simili genere decepti fuere, ac ipsemet non semel deceptus est, atque ita caritatem & benevolentiam, quam habet cum antagonistis suis, nõ dissoluet, & bonum exemplũ dabit auditoribus. Quod si res, quæ cõtroveritur sit manifestè vera & indubitata, eò quod rationi naturali, vel divinæ legi, vel Sanctorum & Doctõrũ dictis sit consentanea, tunc homo eã

A a

debita

debita humilitate & mansuetudine
seueranter veritatem tuam debet, &
sue sententiae rationem reddere: quia
si alij sibi persuaderi minimè sinant,
sed constanter obloquentur, taceat, &
dissimulet, vel sermonem ad alia trans-
ferat, maximè si disceptatio fuerit de re
ad salutem non pertinente, sic enim
plus proficiet, quàm si seridò suscipiat
patrocinium veritatis. Atque hoc est,
quod D. PAVLVS tanta verborum effu-
sionis postulat à fidelibus. Si qua, inquit,
consolatio in Christo, si quod solaci-
um caritatis, si qua societas spirituum,
si qua viscera miserationis, si quod
gaudium meum, ut idem sapienter
eandem caritatem habentes, caritas
mes, id ipsum sentientes, nihil pat-
contentionem, neque per inane glori-
riam, sed in humilitate superiores sibi
inuicem arbitrantur. non quia sua sunt
singuli considerantes, sed quia aliorum.
Quibus verbis perspicuè declarat quo
antidoto sanare spiritum contendendi
debeamus.

Huius rei notabile exemplum habemus
in diuina Scriptura. Viderat propheta
Elifæus Eliam prophetam cum
ruig

Phil. 2.

DE MORTIF. OLVNT 529

4. Reg. 2.

ru igneo per turbinem rapi in caelum.
vt deponeretur, quemadmodum cre-
ditur, in paradiso terrestri. Et mox eū
adierunt viri quidam religiosi, dicti fi-
lij prophetarū, rogantes, vt quinquaginta viros fortes, quos secū habebāt, emitteret ad quærendum in vicinis montibus, vallibusue Eliam. Cumq; Elifæus indicaret, frustra laborem illū suscipi, ac ipsi vrgerent missionem, tādē, vt contentioni cederet, assensit vt mitterentur. Vt reuenterunt spe sua fraudati, dixit ad eos Elifæus, *Nūquid non dixi vobis, ne mitteretis?* Hoc exemplum meritò imitari debemus in quotidiana conuersatione cum proximis, vt quando in nostram veriorum eos sententiā trahere non possumus, omiſſa omni lite, vbi nullū peccandū periculum est, libenter illis acquiescimus. Ratio huius rei est perspicua; reſeſſa enim contendendi materia, cauētur simul multæ auersiones, rixæ, amantitudines, detractiones, & verba probroſa, quæ hincinde in actu cōtentionis iactari solēt; cōseruatur quoq; pax & animorū vnio, quæ præstat omnib; modis, quæ ex cōtentione sequi possunt.

Aa 2 sunt.

sūt. Ad hęc, qui primus in cōtentio
 alteri cedit, quasi victus, singularē
 cum humilitatis exercet, & cum pro
 ximo caritatem, posthabendo illius
 mam suę. Quanquam, licet victus for
 tē alicui videri possit, tamē honorem
 excidit suo, imō honorem maiorem
 conciliat. Verus enim honor Christi
 ni est, persequi ea quę sunt cum pro
 stantiori virtute cōiuncta, & quę ma
 iori in pretio sunt apud Deum, vnde
 virtus caritatis & humilitatis. Ita facti

Prov. 20.

Scriptura docet. Honor, inquit, in
 homini, qui separat se à cōtentionibus.

Quando verò contentio oritur in
 disputationibus litterarijs, in quibus
 sæpē acerrimē dimicatus pro
 quenda veritate, excessus quoque
 minus cauendus est, hoc est, vt ne ar
 rantur clamores, ne verba probrosa et
 futiantur, ne ad pudefaciendum
 gonistam vel ad reportandam victo
 riam, sed tantum ad cognoscendam
 veritatem cum modestia & manife
 stitudine, solidis argumentis allatis, dis
 ceptatio instituat. Veritate verò se
 mel clarē exposita, vel si argumen
 tis aut testimonijs ad proseguendam
 dispo

DE MORTIF. VOLVNT. 232

disputationem argumentator desti-
tuatur, tacendum est, nā inutilis con-
tentio non illustrat, sed obscurat po-
tius veritatem, vt benè animaduertit
Dionysius Richelius in Iob scribens, *Iob. 6.*
sicut obscurat & obnubilat rationem.
Vnde & Iob dicebat amicis suis. *Res-*
pondeo obsecro absque contentione.

NEQ. solūm cauendus est nimius
oppugnando excessus, post inchoatā
contentionem, sed radix etiam contē-
tionum, hoc est, cupiditas illa aliorum
dicta vel facta improbandi, euellenda
est. Quare quotiescunque proximus
noster quippiam dicit vel facit, quod
aliquo modo in bonam partem ex-
poni potest, aut quando aliquid dicitur,
vel fit, quod reprehensione caret, siue
hoc modo, siue alio dicatur, aut fiat,
tū seruo Dei cōuenit tacere, & ab om-
ni oppugnatione se cōtinere. Id enim
ipse spiritus sanctus consuluit, dicens. *Eccl. 10.*
De caro, qua te nō molestat, ne carteris.
quasi dicat. De alienis dictis vel factis,
quæ ad te non pertinent, hoc est, nec
offendunt Deum, cuius gloriam tene-
ris defendere, nec iniuria te, vel eos
quos tueri debes, afficiunt, cum nemi-

II. PARS TRACTVS

ne contendas. Breniter, seruorum Dei
mores debent esse ab omni contentio
ne & dissensione alienissimi, vt com
monescit eos B. PAVLVS, dicens. De
cetero, fratres, g^o date, perfecti estis,
exhortamini, idem sapite, pacem habete,
& Deus pacis & dilectionis v^ori
biscum.

2. Cor. 13.

CAPVT XXXII.

De inordinatione lingua, quoad verba
otiosa, eiusq; mortifica
tione.

INORDINATIO vel abusus lingue
ordinarius & communis, in quo
etiam impingunt, qui Deo
re ceperunt, est effutire verba otiosa &
vana. Primò haud dubium est, sermo
nem otiosum non carere culpa, si nò
mortali, saltem veniali, ob quam ho
mo, licet iustus, grauissimas Purgato
rij luiturus est penas. Vt verò intelli
gamus, quanto studio & vigilantia no
bis, quoad fieri potest, cauendus sit lap
sus, vel offensa venialis contra Deum
attendamus quanta verborum gra
uitate apud D. Mattheum CHRISTVS
salua-